

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Milicia u  
cum fonte primo

Iulius Frontinus refert cum scutum cuiusdam uidisset auro et gemmis multipliciter adornatum, dixit se non mirari si tanta diligencia honorasset in quo plus presidii quam in ense haberet.

Idem ibidem (Petrus Blesensis in epistola).

Eleganter Scipio Africanus,  
sicut in libro Stratagematum  
Julius Frontinus refert, cum scutum  
cuiusdam vidisset auro et gemmis  
multipliciter ornatum, dixit se non  
mirari quod tanta diligentia ornasset, in  
quo plus praesidii, quam in ense haberet.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 94 (PL 207, col.296B).